



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Statv Religionis Christianae, Per Evropam, Asiam,
Africam, Et Orbem Nouum, Libri IV.**

Le Mire, Aubert

Coloniae Agrippinae, 1619

Cap. XXVI. De Macazariae regno.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11108

C A P V T XXV.

DE MOLVCIS INSVLIS.

Molucæ insulæ sunt plurimæ , sed modicæ, AEquatori subiectæ, aromatum ac præsertim Cariophyli admodum diuites. Præter Christianos, incolæ partim sunt Ethnici, partim Saraceni: frequentes insuper sunt aduenæ variarum nationum , qui commercij caussâ vltrò citroque commeant.

Has inter insulas præstat *Ternate* , quæ *Ternate*. vrbem habet insulæ cognominem , cum arce à Lusitanis excitata. Dynasta *Ternaten-sis*, professione Saracenus , Regi Catholico est stipendiarius.

Amboinum insula, circuitu millia paf-
suum amplius octoginta complectitur , & *Amboina*. vicis frequentibus habitatur. Habet & hic præsidium militare *Rex Catholicus*.

C A P V T XXVI.

DE MACAZARIAE RE-
gno.

Macazaria insula ingens , à Molucis in ortum Solis, leucas circiter quin-
qua-

174 DE STATV RELIG. CHRIST.

quæginta distans , trecentas fermè ambitu colligit. Gens est bellicosa nulla habens Deorum fana,nec præter Solem , cui cœlestes honores tribueret, numen ullum: eo quæ magis idonea ad veri Dei cultum amplectendum. Anno 1544. duo ex Macazariæ

1544.

regno dynastæ,cum alijs plurimis,per Antonium Paiuam , mercatorem Lusitanum, ad Christi castra sunt adducti.

Annis proximè insequentibus, B. Franciscus Xauerius, in Macazariensem salutæ procuranda seriò laborauit , & Catechismum Latinum in vernaculam ipsorum lingua conuertit.

CAPVT XXVII.

SINENSIS REGNI STATVS.

Extrum Sinarum in Oriente Imperium, iam inde à temporibus Ptolomæi *Sina* dicitur , à Lusitanis , et lijsque Europæis hodie *China* vulgo nuncupatur. A Marco Paulo Veneto , qui circa annum Christi 1200. totum penè Orientem lustrauit , *Cataium* indigetatur: quod nomen & Saraceni ad occasum huic regno tribuunt.

Quod ad amplitudinem spectat , regnum istud seu potius Imperium , ad Au-

strum